IEREM. Cap. 23. lit. A. De germine, &c. — *DANIEL. Cap. 10. lit. A. Abgressu*, &c. — *OSEE. Cap. 6. lit. B. Post unum*, &c. — *IOEL. Cap. 3. lit. A. Perditio Asyriorum*, &c. — *Et lit. B. Magna populi*, &c. — *MICHEE. Cap. 4. & 5. dele omnes marginales notas*. — *ZACHARIE. Cap. 9. lit. H. In humili*, &c. — *Et lit. I. id est sanguine*, &c. — *Cap. 11. dele omnes marginales notas*.

Ex summis capitum dele, quæ sequuntur. — *DEUTERON. 4. Adhortatio*, &c. usque ad, *Constitutio trium*, exclus. — *Cap. 6. Lex servanda*, &c. ibi, *Dij respiciendi*, lege, *despiciendi*. — *Cap. 13. Falsum*, &c. tota deleatur. — *Cap. 15. Remissio*, &c. dele, *Prohibitio mendicitatis*. — *IOB 9. Beneficia*, &c. dele, *Humanam iustitiam*, usque ad finem. — *PROVERB. 5. Scurtationem*, &c. dele, *Proprijs laboribus vivendum*. — *ECCLESIASTES 9. Nescit*, &c. dele, *vivendum in hilaritate*. — *ECCLESIASTICI 39. Sapientiam*, &c. dele, *bona bonis*, usque ad finem. — *ISAIA 2. dele, Adventum Ezechie*, usque ad finem. — *Cap. 9. dele, Propheta*, &c. — *Capit. 50. dele, Iudeorum*, &c. — *Cap. 53. dele, Populum*, &c. usque ad, *liberatio*, exclus. — *IEREM. 7. dele, Hypocritas*, &c. usque ad finem. — *ZACHARIE. 2. dele, Exponi solet*, usque ad finem.

ROMANA 2. Iudeos, &c. dele, *utrosque*, usque ad finem. — *Cap. 10. De vocatione*, &c. ibi, *ex solo verbo Christi*, dele, *solo verbo*, &c. — *GALAT. 2. Circumcisionem*, &c. dele, *ex fide*, usque ad finem. — *Capit. 3. Cum increpatione*, &c. dele, *per fidem salutem contingere*. — *2. THESSAL. 3. dele, Damnantur*, &c. usque ad finem.

IOAN. 5. dele, Per fidem, &c. usque ad, *Quinam verè*, &c. exclus. Huius quoque anni editio circumfertur Authore Isidoro Clario Brixiano, in forma ultra mediocrem, Venetijs apud Petrum Schæffer, &c. quæ quoniam convenit cum editione altera eiusdem Brixiani, anni 1564. eodem modo expurgabitur.

ANNO 1544.

Biblia Lugduni, in forma magna apud Hugonem, & hæredes Hugonis, alias Æmonis à Porta, sed in fine operis habetur.

Excudebat Ioannes, & Franciscus Frellonij, fratres, corrigenda.

In 1. Libri inscriptione, dele, à mendis, quibus, usque ad, *interpretatio nominum*, exclus. — *Capitum summæ castiganda*, ut in Biblijs Ioannis Benedicti, ann. 1552. — *Delédæ præterea in his Biblijs summæ ad Psal. 31. Quanta sic istius*, &c. — *Et ad Psalm. 90. Quam tutus*, &c.

Scholia, seu Annotationes marginales, et si bona ex parte conveniunt cum illis, quæ leguntur in Biblijs Hugonis à Porta, anni 1538. sunt tamen aliquanto correctiores, hæ igitur expungendæ.

DEUTERON. 4. Verbo Dei nihil addendum, & paulò post, *Dehortatio à quacunque*, &c. — *Cap. 7. Statua subvertende*. — *Cap. 8. Divitia, & alia*, &c. dele ibi, *Non nostris viribus*. — *Cap. 9. Non propter*, &c. — *Cap. 11. dele, Benedictio obedientibus Verbo Dei*, usque ad, *Maledictio*, exclus. — *Cap. 12. Faciendum quod*, &c. dele ibi, *Non quod nobis videtur*. *Et infra a dele, Verbum Dei solum*. — *Item, Verbo Dei nihil addendum*. — *Cap. 13. dele, Miraculis tentat fidem nostram Deus*. — *Cap. 15. Alendi pauperes*, &c. dele ibi, *Neque permittendum, ut mendicent*. — *Cap. 13. dele, Propheta aliud*, &c. — *Cap. 30. Verbum Evangelij*, &c.

PARALIP. Lib. 2. cap. 18. Deus per spiritus erroris, &c.

PSALM. 1. Impij, seu infidelis, dele ibi: *infidelis*. — *Psal. 33. Peccata non imputat Deus*, &c. *Psal. 93. Solus Deus*, &c.

ECCLESIASTES 4. Solitarij molestia vana. — *Cap. 11. Omnia committenda*, &c.

ISAIA 3. Avaritia Sacerdotum. — *Cap. 28. Christus credentibus salus*. — *Cap. 30. A creaturis auxilium*, &c. — *Cap. 42. Per Christum omnes Deo placent*. — *Cap. 45. Christus iustitia nostra*. *Et infra, Deus iustitia nostra*. — *Cap. 51. Aufert timorem humanum à fidelibus*. — *Cap. 53. Iustitia nostra Christus*. — *Cap. 56. Invehitur in Episcoporum impietatem*. — *Cap. 66. Non in manufactis templis*, &c. — *Et infra, Sacrificia rejicit*, &c. — *Et sub finem, In hypocritas, qui se*, &c.

IEREM. 6. In Dei cognitione sola gloriantur.

BARUCH 2. Vera Christiani confessio.

DANIEL. 9. Vera confessio.

ZACHAR. 14. Omnia sancta in Ecclesia Dei. — *Et mox, Impij ex Ecclesia pellendi*.

Ex argumento in Librum Iob, delenda,
L 4 quæ

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

quæ in Biblijs Guilielmi Boule, anni 1537.
— Post Librum Apocalypsis expungatur
index alter, *In quo Novi Instrumenti Testi-*
monia, &c. — Hebræorum, &c. nominum
Interpretatio permitti potest, quia corre-
ctior. At Index rerum, & sententiarum
præcidendus.

ANNO 1545.

Biblia, quæ falso nomine Varabli prodie-
runt, Lutetiæ, ex officina Roberti Ste-
phani hæretici, anno 1545. accuratè sunt
Romæ castigata, & superius à nobis ex-
purgata in secunda Classe, sub nomine
Bibliorum certi nominis Auctoris.

EODEM ANNO 1545.

Fit etiam mentio Bibliorum Lugdun.
sub insigni Salamandræ, quæ fortasse
coincidunt cum subiiciendis paulò post in
anno 1546. in 2. loco.

ANNO 1546.

Præter Librum Psalmorum Davidis cū
Annotationibus, &c. editum anno 1546. ut
proximè correximus, editio circumfertur
Bibliorum huiusmodi anni Lugduni in for-
ma magna, apud Iacobum Giuntam, sed
excudente Theobaldo Pagano, ut in ope-
ris sine dicitur, estque omninò eadem, etiā
quoad characteres, & numerationem pa-
gellarum cum editione anni 1544. apud
Hugonem, & hæredes, &c. undè eodem
modo corrigenda.

Exijt hoc ipso anno 1546. Bibliorum
volumen Lugduni, in forma magna, sub
insigni Salamandræ, sine impressoris no-
mine. Quod quia nihil omninò differt à
Biblijs per Ioannem quidem Crispin. Hæ-
reticum anni 1536. sed venalibus apud Vin-
centium de Portanarijs, ut in ipsa fronte
dicitur eodem modo corrigenda.

Hocmet anno iterum excusa sunt Bi-
blia in forma magna, Lutetiæ in officina
Roberti Stephani, quæ quidem longè an-
te, anno scilicet 1528. prodierant, undè ex
ipsis posteriores aliæ editiones ferè sunt
mutuatæ, præambula, notationes, argumē-
taque varia à Catholica doctrina abhorré-
tia. Quod igitur attinet ad editionem hanc
anni 1546. in fronte post voces, *Roberti*
Stephani, adde, *damnati*, totum deinde se-
quēs folium præcidatur, in quo est Episto-

la, *Is semper fuit*, &c. ac post Epistolam ob-
servationes aliquot eiusdem Roberti.

Fol. 3. pag. 1. In §. *Ut autem singulare*, de-
le, *Per hanc itaque*, usque ad §. *Venit deniq;*
exclusivè: expuncta etiam nota marginali,
Iustificatio, & *sanctificatio*. — In §. *Venitq;*
dele, *Quæ quidem bona*, usque ad finem. —
Fol. 5. pag. 1. expunge Indicem alterum, *In*
quo in idem novi instrumenti Testimonia, &c.
— Ex argum. in Libr. Iob, *In terra quidem*
habitasse, &c. dele à §. *In hoc verò libro*,
usque ad finem ipsius argumenti. — An-
notationes marginales in Vetust Testa-
mentum corrigantur, sicut in Biblijs anni
1537. ex officina Guilielmi Boule, ex ijs ta-
men, de quibus nunc agi censemus, sicut
desiderantur aliquot in Deuteron. cap. 5. 9.
15. 30. & in 1. Reg. cap. 17. & in Psalm. 60. &
141. ita leguntur aliquæ paulò aliter quàm
in Biblijs Boule, quæ tamen dispungan-
tur, ut sequitur.

LEVIT. 17. *Sacrificia damnat*. — DEU-
TER. 4. *Sculptilia ne fiant*. — Cap. 13. *Pseu-*
dopropheta, &c. — C. 15. in nota, *Mendici*
pauperes, &c. deleatur, *Nec permittendum*,
ut mendicent. — REG. 3. Cap. 22. *Dei*
opera pseudo-proph. — PSALM. 14. *Quibus*
oporteat esse moribus. — BARUCH 2. *Chri-*
stianorum confessio.

Annotationes in Novum Testamentum
deleantur universæ. Index quoque rerum,
& sententiarum, ac demum interpretatio
nominum Hebræorum, Chaldæorum, &c.
quæ post librum Apocalypsis habentur,
expungantur, cū sua Præfatione, *En tibi*, &c.

Alia Biblia huius anni, Lugduni, in for-
ma magna, cum Concordantijs in eadem,
apud Iacobum Giunti, sed per relictam (ut
post Apocalypsim notatur) Ioannis Crispi-
ni hæretici.

Fol. 5. ab initio voluminis pag. 2. sub Ti-
tulo, *Elenchus Canonorum*, &c. dele alte-
ram inscriptionem superiorem, *Apocryphi*,
&c. cum reliquis, quæ eidem inscriptioni
subduntur.

Ante Librum Genesis præmittuntur
quinque tabulæ, è quibus quarta videri
posset Index rerum, & sententiarum in
Roberto Stephano damnatus, re tamen
vera non est, & ideo permittitur.

Sub Titulo, *Ad divinarum literarum*, *Ve-*
rarumque, &c. qui habetur post quintam
tabulam pag. 2. paulò ante §. *Notandum*,
quod, &c. dele, *Nota quod ubicumque*, &c.
usque ad ipsam §. *Notandum*, *quod*, ex-
clusivè.

Inter-

Interpretationes etiam nominum Hebraicorum, quæ post Apocalypsis librum adhibentur, non sunt eæ quæ in prædicto Roberto Stephano reprobantur: idem permittuntur.

Fol. 208. pagin. 1. col. 2. post Epistolam Divi Hieronymi, *Beatissimo Papa Damaso*, &c. In Titulo, *Incipit Prologus Beati Eusebii Pamphili*, &c. dele, *Beatus*, Idemq; fiat pag. 2. col. 1. cum dicitur, *Explicit liber Beati Eusebii*. — Fol. 268. pag. 1. col. 2. dele totum exastichon, *Emenda a magis*, &c.

ANNO 1549.

Editio Bibliorum huius anni, in forma mediocri, Lugduni, apud hæredes Iacobi Giunta, excudente tamen Theobaldo Pagano, ut in fine operis exprimitur, similis est in omnibus, editioni anni 1542. apud Hugonem à Porta, in forma etiam mediocri, & proinde similiter corrigatur.

ANNO 1551.

Hoc ipsum, quod proximè diximus de editione anni 1549. præstandum in editione huius anni 1551. Lugduni in forma mediocri, apud Iacobum de Millis, excudentem tamen Ioanne Pullon, aliàs de Trin, ut in fine voluminis habetur; atque etiam in editione eiusdem anni, loci, & formæ, apud hæredes Iacobi Giunta.

Refertur quoque sub hoc anno editio Lugduni, per Ioannem Frelló, quæ si eiusdem modi sit cum editione ipsius Frellon, anni 1555. eodem modo corrigenda.

ANNO 1552.

Prodiit hoc anno editio Bibliorum Ioannis Benedicti Parisijs, in forma ultra mediocrem, apud Carolam Guillard, & Guilielmum Desboys, excudente tamen, ut in fine voluminis legitur, Benedicto Prænotio.

Verò in universum de correctione Bibliorum Ioannis Benedicti, quæ varijs annis prodierunt distinctius pronuntiemus, post huius anni editionem in forma ultra mediocrem, quatuor aliæ posteriores fuerunt, omnes Parisijs, & in forma magna. Vna anni 1558. apud hæredes Carolæ Guillard, sed excudente prædicto Prænotio. Altera anni 1564. apud Ioannem Macæum, sub scuto Britannia, cum additamentis quatuor,

&c. Auctore Renato Benedicto. Tertia anni 1567. apud Guilielmum Merlin, & Guilielmum Desboys, & Sebastianum Nivelium. Quarta anni 1573. apud Sebastianum Nivelium in Ciconijs, ex Calcographia Nicolai Brusle, ut in fine operis dicitur, quæ omnes editiones communem habebunt expurgationem.

Quin etiam Biblia illa Simonis Colinaei, quorum meminimus secundo loco in anno 1541. cum verè sint Ioannis Benedicti, eidem quoque castigationi subiiciuntur, exceptis tantum Scholijs, sive Annotationibus selectis ex sacris Doctoribus, & Indice huiusmodi Scholiorum, quæ in his Biblijs desiderantur.

In prima igitur inscriptione cuiuscumq; editionis Bibliorum Benedicti, post Titulum, *Biblia sacra iuxta vulgatam editionem*, deleantur cetera omnia, quæ solum apponuntur ad commendationem huius editionis.

Post primum folium, sub Titulo, *Libri sequentes*, &c. ab Ecclesia tamen recepti Christiana, dele, *Tertius*, & *quartus Esdra* (qui certè libri, aut ex corpore Bibliorum sunt detrahendi, aut saltem cautio ibidem adhibenda, eos Canonicos non esse) sub inferiori Titulo, *Divisio Veteris Testamenti secundum Latinos*, dele similiter, *Esdra libri quatuor*. — Item expunge totam nuncupatoriam Epistolam Lectori, *Mirror*, *cur tantum*, &c. — Parique modo alterum Indicem, *In quo novi item instrumenti Testimonia*, &c. qui post Indicem testimoniorum à Christo, & Apostolis, &c. apponitur.

Ex argumentis, sive summis capitum, dele quæ sequuntur.

DEUTERON. 13. *Pseudo-propheta*, &c. dele totam summam.

IOB 38. *Deus ex creatis*, &c. dele ibi; *Inordinate*, & substitue, *Imperite*.

PROVERB. 5. *Cavendo*, &c. dele ibi *Proprio vivendo labore*. — ECCLESIASTES 9. *Hominis*, &c. dele ibi, *omnia iusto*, & *iniusto similia eveniunt*. — SAPIENT. 13. *Quam vanè*, &c. dele ibi, *Et amplius in edificijs*, usque ad finem. — In 2. editione anni scilicet 1564. non ita habet huius capituli 13. summa. — ECCLESIASTICI 39. *Sapiens*, &c. dele totum. — ISAIA. 58. *Elidit*, &c. dele ibi, *Orationi*, usque in finem. — IEREM. 7. *Propheta*, &c. dele ibi, *Pro quo orare*, usque ad finem. — ZACHAR. 7. *Ieiunia*, &c. dele à principio summæ usque ad, *Dispergentur*, exclusivè. — Et ibi

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ibi etiam pro, *Respuerint*, redde, *Pœnituerint*.

ROMAN. 4. *Nec Iudeos*, &c. cum ibi dicitur, *Fidei*, adde, *Vivæ*. — Et cap. 10. *Iudei*, &c. dele parenthesis (*quæ ex fide est*.) — HEBR. 6. *Iustus*, &c. dele à principio summæ usque ad, *Lapsus*, exclus.

In Titulo, *Hebræa*, *Chaldea*, *Græca*, &c. qui post librum Apocalypsis legitur (quâquam in illa editione anni 1564. post Indicem selectarum annotationum ponitur) dele sub finem, *Et facilius conicias*, & reliqua usque ad finem Tituli.

Index rerum, & sententiarum Veteris, ac Novi Testamenti totus expungatur ex dicta sæpius editione anni 1564. quia ille est, qui in Roberto Stephano damnatur.

In cæteris autem editionibus, dele sequentia.

Adoranda non est creatura. — Verbo, *Creatura*, dele, *Per fidem renovata*. — Verbo, *Impius*, dele, *Fideique*. — *Iustitia nostra Christus est*. — *Manducat Christi carnem fidelis*. — *Mundi Apostoli*, *credentes*. — *Operandum manibus*. — *Resipiscencia*, dic, *Pœnitentia*. — *Sanctificatio nostra Christus*.

Sequentes castigationes in eisdem editiones Ioannis Benedicti, cadunt præter illam Colinaei, anno 1541.

Ex Scholijs, seu Annotationibus marginalibus, tolle quæ sequuntur.

EXODI 21. litera D. *Ex hoc*, &c. dele ibi, *Et omnimodam*, usque ad finem. — Cap. 23. F. *Græcus*, &c. dele ibi, *Vnde intelligitur*, usque ad finem. — DEUTERON. 4. A. *Divinis*, &c. post illa verba, *Possunt tamen illa adiungi*, adde, *non tanquam textus*. — REG. 1. Cap. 14. L. *Hoc est*, &c. post illa verba, *Sors enim*, adde, *Inspirante Deo*. — REG. 2. cap. 4. C. *Quoniam*, &c. post verba, *Nemini licet*, adde, *Propria auctoritate*. — PARALIPOM. 2. cap. 1. D. *Gratia Dei*, &c. scribe ad marginem, *Cautè lege propter gratiam excitantem*. — PSALM. 90. B. *Salvator*, &c. post verbum, *Nudare*, adde, *Divino adiutorio*. — IEREM. 10. G. *Liberum*, &c. dele ibi, *Homo libertati suæ*, usque ad finem Scholij. — MATTH. 26. F. *Nam*, &c. post verba, *Invisibilis Sacerdos*, adde, *Principaliter*.

In secundo autem Indice selectarum ex sacris Doctoribus Annotationum, qui post Indicem rerum, & sententiarum, affertur, dele, *Ecclesia non semper intelligitur cætus fidelium*. — *Gratia Dei liberum hominis re-*

quirat arbitrium, scribe ad marginem, *Cautè lege propter gratiam excitantem*. — *Iudei Christum occiderunt*, &c. dele totum. — *Liberum hominis arbitrium ad gratiam requiritur*. Adhibenda est in margine prædicta cautio propter excitantis gratiæ motum. — *Liberò arbitrio proprio relictus*, si bi ipsi mortem comparat, vel salutem, dele, vel salutem. — *Occidere proximum non licet*, cui non licet, &c. dele totum. — *Sacerdos invisibilis*, &c. adde. — *Principaliter*. — Pro, *Sceleribus nostris indicabit*, &c. dele ibi, *Non minus, quam pro sua misericordia*. — *Scripturis divinis aliqua addi possunt*, subiunge, *Non tanquam textus*.

ANNO 1555.

Biblia Salmantica, in forma mediocri, excudeate Andrea à Portanarijs, corrigenda.

In 1. Libri inscriptione dele, *Ex postremis Doctoribus*, &c. usque ad finem totius inscriptionis. — Similiter expunge totum alium subiectum Titulum. In pluribus, & difficilioribus, &c. — Fol. 5. ab ipso voluminis principio, pag. 2. dele Indicem alterum, *In quo Novi Testamenti testimonia*, &c.

PROVERB. 5. apponitur capiti Titulus *Hæ quoque parabole*, &c. cum tamen pertineat ad sacrum textum: Similiter titulus capitis 31. *Verba Samuelis Regis*, &c. Initium revera est ipsius textus sacri.

In Indice verò rerum, & sententiarum, dele sequentes.

Adoranda non est creatura. — *Iustitia nostra Christus*. — *Mundi Apostoli credentes*. — *Operandum manibus sicut*. — *Sanctificatio nostra Christus*. — *Manducat Christi carnem fidelis*.

Biblia Sacrosancta, &c. Lugduni in forma mediocri, apud Ioannem Frellonium, deleatur pars illa argumenti in lib. Iob, à §. *In hoc vero libro*, usque ad finem.

Summæ capitum Veteris quidem Testamenti, sunt prorsus eadem cum ijs, quas habent Biblia ex officina Ioannis Steelij, Antwerp. in scuto Burgundiæ, de quibus diximus in anno 1538. atque adeò in eodem modum sunt castigandæ. — Post librum Apocalypsis deleatur Index alter, *In quo iidem novi instrumenti testimonia*, &c. — Index tamen rerum, & sententiarum præcidendus est.

ANNO 1556.

Biblia in mediocri forma, apud Iacobum de

de Millis, excudente Ioanne Pullon, aliàs de Trin, ut exprimitur in fine voluminis, corrigenda.

In ipsomet Titulo, dele, *Ex postremis*, usque ad, *Cum Hebraicorum*, &c. excl. — Fol. deinde 3. pag. 2. & sequentibus, disponendus Index alter, *In quo itidem novi Instrumenti Testimonia*, &c.

Biblia hoc etiam anno impressa, vel venditata, apud Antonium Vincentium, Lugduni, si coincidant cum Bibliis anni 1540. in ædibus eiusdem Antonij Vincen-ri, eodem pacto corrigantur, sicut & alia eiusdem anni 1556.

Biblia apud Ioannem Tornesium, corrigenda, sicut illa eiusdẽ Tornesij proximẽ sequentis anni 1558. in forma mediocri.

ANNO 1558.

Biblia Lugduni in forma mediocri apud Ioannem Tornesium 1558. corrigenda

In primo Titulo, dele, *Ad optima quoque*, &c. usque ad, *Cum indicibus exquisitis*, excl. — Fol. 2. pag. 1. sub Titulo, *Summa totius sacre*, &c. colum. 2. §. *Ut autem singulare*, &c. post medium dele, *Per hanc igitur in Christum fidem*, usque ad §. *Veni denique*, excl. — Et in hoc ipso §. *Veni*, dele, *Que quidem bona*, &c. usque ad §. *Ad eum oportet*, &c. exclus. — Post lib. Apocal. dele Indicem alterum, *In quo itidem Novi Instrumenti Testimonia*, &c. — Et Indicem rerum, & sententiarum.

Edidit hoc anno Ioannes Benedictus Biblia in forma magna, de cuius editionis expurgatione dictum est supra in anno 1552.

ANNO 1561.

Biblia magna, in forma magna. Antuerpiæ apud Ioannem Steelium, sub scuto Burgundiæ, 1561. corrigenda.

Fol. 2. pag. 1. in Præfatione, *Mirabitur fortasse*, &c. ante medium dele, *Nemo est enim*, usque ad, *Cum igitur his imposturis*, exclus. — Et pag. 2. post medium dele, *Cum in hoc fideliter*, usque ad, *Itaque acceptis*, exclusivẽ.

Ex Indice rerum, & sententiarum, qui ante prologum Galeatum Divi Hieronymi ponitur, dele quæ sequuntur.

Confessio peccati ad Deum. — *Creatura nova sumus per fidem*, &c. — *Credendo in Christum remittuntur peccata*. — *Credentibus datur Spiritus Sanctus*. — *Credens in*

Christum non morietur in æternum. — *Fide accipitur Spiritus Sanctus*. — *Filij Dei sumus per fidem*. — *Iustitia nostra à Deo est per fidem in Christum*. — *Iustificamur fide*. — *Iustus fide vivit*. — *Iustorum finis incognitus*. — *Mundi, seu mundati Apostoli per fidem*.

In verbo opera, *Non propter bona opera liberati sumus*. — *Pax conscientie per fidem*. — *Peccatum est, quod ex fide non est*. — *Peccatores omnes sunt*. — *Erga peccatores resipiscites, dic, penitentes*. — *Super peccatore uno resipiscite, dic, penitente*. — *Peccata agnoscantibus remissio*. — *Peccata fide, & misericordia purgantur*. — *Peccatorum nostrorum non recordabitur amplius Deus*. — *Penitentibus in fide nihil denegatur*. — *Presbyteros, & Episcopos pro ipsam accipit Paulus*. — *Regnum Dei gratis datur*. — *Resipiscencia donum Dei*. — *Sanctificatio nostra Christus*. — *Sanctus solus Deus*. — *Verbo Dei nihil addendum*.

Ex argumentis capitum expunge Deuteronom. 13. *Pseudopropheta*, &c. totum. — Et Zachar. 7. ibi, *Ieiunia*, &c. dele, *Resipiscencia*, & scribe, *Penitentiam*. — Ad Rom. 4. *Non ex legis operibus*, &c. ibi, *sed ex fide*, adde, *viva*. — Et cap. 10. *Orat Apostolus*, &c. ibi, *ex fide*, iterum adde, *viva*. — Idemque fiat cap. 3. ad Galat. in summa, *Sicut Abraha*, &c.

ANNO 1563.

Præter editionem proximẽ præcedentẽ anni 1561. exiit alia hoc anno 1563. eiusdem Auctoris, Antuerpiæ quoque, sed in minori forma, quã in ædibus Ioannis Steelij, typographus fuit Ioannes Vinthagius, ut post librum Apocalypsis videre est. Convenit porro omninò hæc editio cum proximẽ superiori eiusdem Steelij, nisi quod Index rerum, & sententiarum, qui in illa ad initium collocatur ante Prologum Galeatum Divi Hieronymi, in hac ponitur post Apocalypsim. Eadem igitur correctio utriusque.

ANNO 1564.

Huius anni est una ex editionibus Ioannis Benedicti, de qua superius in anno 1552.

Ex Bibliis inscriptis *Sacrosanctis, Veteris, ac Novi Testamenti, adiectis ex eruditissimis scriptoribus scholiis*, &c. Auctore Isidoro

Clag

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

Clario Brixiano, &c. Venetiis apud Giuntas, 1564.

Post primam operis inscriptionem, Prologus, & Prolegomena præeidentur. — Initio operis, fol. 1. pag. 1. ante titulum illum, *Liber Genesis*, &c. adscribe, *Horum Bibliorum textus non est Vulgata editionis*. Ex Scholiis verò corrigenda.

GENESIS 36. ad illud, *D. Invenit mulos in solitudine*, post verba, *Essent præter naturam*, dele usque ad finem Scholij.

IOB 31. ad illud G. *Si abscondi quasi hominibus, Vel sicut Adam*, &c. dele, *Qui damnatus est*.

PSALM. 8. ad illud, *D. Minuisti eum*, post verba, *Fuerit largius donatus*, dele usque ad, *Nam quod ait*, exclus. — Psalm. 68. ad illud, *O. Deleantur de libro viventium*, expungatur totum Scholium, *In quo per Christum*, &c. usque ad *P. Salvam faciet Sion*, exclus. — Psalm. 118. ad illud 58. *Inclina vi cor meum*, post verba, *In finem vite mea*, dele usque ad, *Servire ergo ei debemus*, exclusivè.

ECCLESIASTES 5. ad illud C. *Ne deris os tuum*, post verba, *Promitteres, aut diceris*, dele usque ad, *Alij illa verba*, exclus. — ECCLESIASTICI 1. in Scholio post illud, *Admodum est affinis*, dele usque ad finem Scholij.

ISAÏ. 53. ad illud G. *Videbit semen longævum*, post verba, *Quod in scientia*, dele usque ad, *Multos iustificabit*, exclus. — Et cap. 60. ad illud L. *Omnes iusti*, expungatur totum Scholium, *Credentes scilicet in Christum*, &c. usque ad illud M. *Minimus erit*, exclus.

IEREM. 31. ad illud 2. *Fœdus novum*, post verba, *Bonorum suppeditator*, dele usque ad, *Confederatio enim*, exclus.

EZECH. 18. ad illud C. *Filius non portabit iniquitatem patris*, post verba, *Quin Regnum cælorum eorum sit*, dele usque ad, *iustus enim ille est*, exclus.

MALACH. 1. ad illud H. *In omni loco sacrificatur*, ibi, *Puram orationis hostiam*, &c. dele vocem, *orationis*.

MATTH. 16. ad illud D. *Super hanc petram*, expungatur totum Scholium, *Super hanc fidei*, &c. usque ad C. *Porta inferius*, exclus.

ROMAN. 9. ad illud N. *Esaias autem clamat*, post verba, *Salus hac comparabitur*, dele usque ad P. *Nisi Dominus Sabaoth*, &c. exclus. — 1. Corinth. 13. ad illud D. *Charitas*, post verba, *Ut cum quis scire velit*, de-

le usque ad, *Facile discat*, exclus. — 2. Corinth. 13. ad illud D. *Vosmetipsos tentate*, post verba, *Quod Christus in me loquatur*, usque ad C. *Nos autem ut reprobi*, exclus. — 1. Timoth. 2. ad illud B. *Qui omnes homines vult*, &c. post verba, *Quocunque in statu fuerint*, dele usque ad C. *Vnus enim Deus*, exclus. — 1. Timoth. 3. ad illud A. *Si quis Episcopatum*, post verba, *Sobrius, modestus*, &c. dele usque ad, *sed tempora illa*, exclus.

PETRI 2. cap. 1. ad illud A. *In iustitia Dei*, post verba, *Sortiti sunt fidem*, dele usque ad, *Deo nostro, & Salvatore*, exclus.

IOAN. epist. 1. cap. 3. ad illud, *Ut filij Dei nominemur*, post verba, *Additum erat, & simus*, dele usque ad, *Quia ergo idem est*, exclusivè. — IOAN. 5. ad illud A. *Omnis qui credit*, post verba, *Ex eo, quod filij Dei*, dele usque ad, *Et necesse est ut qui*, exclusivè. — Eodem cap. ad illud C. *Hic est, qui venit*, &c. post verba, *Id præstare possit*, dele usque ad, *Nam cetera scilicet*, exclus.

Index rerum, & sententiarum totus expungatur, ille idem, qui in Bibliis Roberti Stephani.

ANNO 1565.

Biblia hoc anno Antuerpiæ, ex officina Christophori Plantini, in forma mediocri. Quæ, cum nihil differat à duabus Steelij editionibus anni 1561. & 1563. easdem exigit expurgationes quoad Præfationem, *Mirabitur fortasse*, &c. quoad Indicem rerum, & sententiarum, & etiam quoad summas capitum, &c.

ANNO 1567.

Biblia Ioannis Benedicti, hoc anno Parisiis, in forma magna novis quibusdam Schematibus ornata. De cuius tamen expurgatione vide, quæ dicta sunt ann. 1552.

ANNO 1569.

Huius anni est editio Lugduni, in forma magna, apud Guilielmum Rovillum, sub scuto Veneto, quæ eodem prorsus modo expurganda est, quo editio Bibliorum etiam in forma magna, apud Ioannem Steelium, anno 1561.

ANNO 1570.

Biblia in mediocri forma, Antuerpiæ, in ædibus viduæ, & heredi Steelii, ex typographia tamen Amati Tavernerij, ut post Apoc.

Apoc. notatur. Quæ quoniam sunt prorsus eadem cum illa eiusdem Steelij, anni 1567. eodem modo castigabuntur.

ANNO 1573.

Ultima editio Bibliorum Ioannis Benedicti Parisijs in forma magna. De cuius expurgatione constat ex ijs, quæ diximus ann. 1552. Addi, tamen hæc editio librum tertium Machabæorum, qui præcidatur.

Anno 1574. 1580. 1582. & 1583. 1584. 1587. 1588. 1590. 1599.

Biblia, quæ his annis usque ad 1583. ex officina Plantiniana prodierunt, nihil habent notandum.

Biblia, quæ dicuntur Vatabli, Salmaticæ apud Gasparum à Portanarijs, ann. 1584. Vide supra 2. Class. sicut etiâ, quæ sequuntur.

Biblia eadem ex officina Santandrea-na, 1587. cuius expurgationem exhibuimus supra 2. Class.

Editio autem huius anni 1587. Antuerpiæ apud Plantinũ, nihil habet corrigendum.

Biblia vero 1588. Lugduni, apud Guilielmum Rovillum in forma mediocri, eadem sunt cum illis apud eundem 1569. atque adeo similiter corrigenda.

Index vero selectarum annotationum simili modo castigandus.

Ceteræ vero editiones ab ann. 1590. sive Plantiniana, ad formam Vaticanæ 1592. Sixti V. Pontificis Maximi iussu recognita, aut aliæ similes correctissimæ sunt.

Illæ vero ad vetustissima exemplaria, Venetijs apud Damianũ Zenarum, in cuius sine habetur Altobellius Salacitius, habet indicem eodem modo corrigendum, sicut illud Ioan. Steelij 1561. formæ magnæ.

Biblia, quæ sic inscribuntur: Bibliorum opus integrum, veteris quidem Testamenti translatio antiqua, ad vetustissimorum emendatissimorumque codicum fidem cum summo studio recognita Novi vero Erasmi novissima editio, cum nova eiusdem Præfatione, qua tradita nobis Philosophiæ Evangelicæ causam assignat. In incita Germaniæ Basilea an. 1522.

De his Biblijs hoc solum notandũ Erasmi Præfationibus, & notatiunculas marginales, quibus totũ opus distinctũ est, permitti. Quod vero ad Novum Testamentũ attinet, cum novæ versiones Auctorum dānatorũ, in universũ damnatæ quoque & prohibita censeantur, an hæc quoque Erasmi translatio, prohibita sit, an permissa, an tandem permitti debeat, videndũ in *Desiderio Erasmo*, tom. 6. suorum operum 1. Class.

Biblia sacra variarum Translationum tribus tomis distincta, Antuerpiæ apud Ioannẽ Keerbergium 1616. In quibus præter vulgatam inserta est in tertio tomo Novi Testamenti versio Erasmi Auctoris damnati. Vide in *Desiderio Erasmo*.

Bibliotheca Constantinopolitana, nisi expurgeretur, prohibita.

Bibliotheca *Studij Theologici*, ex plerisque Doctorum prisca sæculi monumentis collecta apud Ioannẽ Crispinum, seu alibi impressa, donec expurgatio prodeat.

Bibliotheca *Studij Theologici*, ex operibus S. Hieronymi, Augustini, & reliquorum confecta, vel sub alio titulo, donec expurgatio prodeat.

Bibliotheca Theologica, seu Catalogus Auctorum, qui in sacra Biblia unquam scripserunt: iam iterum post G. Theophili editionem auctus, Wirtembergæ 1579. donec expurgatio prodeat.

Biblioth. Theologica Petri Besodneri, sive *Index Bibliorum* præcipuorum, eorumdemque interpretum Hebræorum, Græcorum, Latinorum, &c. Francof. apud Kopsum 1609. donec expurgatio prodeat.

BIBLIOTHECA Sanctorum, aut veterum Patrum variorum editionum.

Quoniam huiusmodi Biblioth. variæ, ac multiplices editiones hæcenus extiterunt. Prima illa, Sacra Biblioth. Sanctorum Patrum. Parisijs 1575. 1576. & 1577. per Margarinũ de la Bigne, & Appendix, varia de Deo, & Divinis rebus cõplectens, Paris. 1580. Postea alia itẽ Paris. 1609. novæ tomis editionis secunda Paris. Deinde etiâ eadẽ castigata, & locupletata per eundẽ Margarinũ Paris. apud Bartholom. Macçũ 1609. Adhuc alia in tomis 8. & Auctaria duo distributa, Colonia apud Antonium Hierat 1610. Sequuta est alia, & per Theologos Colonenses multo auctior, apud Anton. Hierat, Colonia, quæ inscribitur, *Magna Bibliotheca, &c.* & cõpta est imprimi anno 1618. absoluta vero 1622. cum Præfatione Alardi Vvylj Colonienfis Theologi, tomis 14. divisa, & Auctoribus historica methodo, per sua sæcula dispositis. Demum alia per Theologos Sorbonicos recognita, & locupletata, decem tomis contenta, id est, novem prioribus, & decimo de Divinis officijs insuper duobus

M - alijs

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

alijs singulis duplicibus; Græco-latini ad-
ditis, Paris. 1624. Quoniam (inquam) om-
nibus editionibus communia fere sunt, quæ
notari oportet, illa, quæ frequentior est, vi-
delicet Parisiensis 2589. hoc loco ad expur-
gandum utemur, & illis deinde Paris. 1609.
& 1610. ultimo loco adiectis, ad quarum
exemplar ceteræ poterunt emendari.

BIBLIOTHECA Sanctorum Pa-
trum, Editionis Parisiensis, an-
no 1589.

Bibliotheca Sanctorum Patrum, prior
in scripta est, *Bibliotheca Sanctorum Pa-
trum*, &c. Posterior verò, *Sacra Bibliotheca
Sanctorum Patrum*, seu, *Scriptorum Ecclesia-
sticorum*, &c. Tomi novem, per Margari-
num de la Bigne, editione secunda, Pari-
sijs 1589.

In priori inscriptione ibi, *Sanctorum Pa-
trum*, pro, *Sanctorum*, repone, *Veterum*. —
In posteriori inscriptione, ibi, *Sacra Biblio-
theca*, dele, *Sacra*. — Et idem præstandum
in censura trium Theologorum Parisiensium
lin. 5. & in altera censura facultatis Sacre
Theologie Parisiensis, in titulo, ibi, *Biblio-
theca Sanctorum*, &c. — Eodem etiã modo
corrigere nomenclaturam eiusdem Biblio-
thecæ in Epist. dedicat. ad Sixtum V. in §.
Dulcissimum, pag. 2. initio. — Et simi-
liter corrigere in titulo Præfationis ad Or-
thodoxum lectorem, & in ipso initio
Præfationis. — In eadem Præfatione ad
Orthodoxum lectorem, pag. 3. Præfatio-
nis post med. in §. *Sed meliore*, dele, *meliore*
illa altera, magisque probanda metodo. — In
Indice Commentariorum, &c. in ipso ti-
tulo, pro, *Sanctis Patribus*, repone, *Veteribus
Patribus*, & in Indice, dele prænomen *Di-
vi*, aut, *Sancti*, præpositum his nominibus,
Iunilij, *Anastasis Nicæni*, *Salonij*, *Apponij*,
Luce Abbatis, *Arnoldi*, *Clementis Alexan-
drini*.

EX TOMO PRIMO,
Vel Tomo Secundo.

Col. 1. in titulo, qui incipit, *Sanctorum
Patrum*, &c. lege, *Veterum Patrum*, & ubi
legitur, *Sacra Bibliotheca*, dele, *Sacra*.

IN IUNILIO AFRICANO.

Col. 1. & 2. & ubicunque *Iunilio*, præpo-
nitur *D.* dele illud, *D.* etiã in titulis pagi-
narum usque ad columnas 23. & 24. — Col.
3. ex *Iunilij* lib. 1. *de Partibus Divine legis*

c. 3. lit. C. dele marg. *Scriptura libri Cano-
nici*, & repone, *Caute lege*. — Cap. 6. col. 5.
litera E. ibi in textu, *Ad Timotheum* ubi
adscribere in margin. *Due sunt Epist. Cano-
nica ad Timoth.* — Lib. 2. capit. 8. col. 15.
lit. A. dele in marg. *Lex vetus iubeat*, &c.
& substitue, *Caute lege*. — Cap. 21. col. 20.
lit. C. dele in margin. *Homo à Christo as-
sumptus*, &c. & repone, *Caute lege*.

IN ANASTASIO NICÆNO.

Dele titulum *Divi*, præpositum *Anastasio*,
initio operis, & in titulis paginar. à col. 31.
usque ad 172. — In q. 1. col. 27. lit. B. in §.
Ex *Marco Monacho*, adscribere in marg. *Cau-
te lege*. — Quæst. 2. col. 27. lit. D. è regione
illorum verborum, *Postquam ergo homo fa-
ctus*, &c. appone in margin. *Caute lege*. —
Eadem q. 2. col. 28. lit. D. dele margin. *Ad
orationem non queritur locus*, &c. & repone,
Caute lege. — Quæst. 8. col. 40. lit. B. dele
marg. *Humilitatis divitias*, &c. — Quæst.
11. col. 48. lit. B. dele in margin. *Orationes
peccatorum, qui non egerunt penitentiam*, &c.
& repone, *Caute lege*. — Eodẽ loco paulo
inferius, dele margin. *Ad Dei altare non sunt
admittende*, &c. — Quæst. 15. col. 52. lit. E.
dele in margin. *Rex impius*, &c. & statim,
Episcopus appellandus. &c. & repone utro-
bique, *Caute lege*. — Quæst. 21. col. 64. lit.
B. dele margin. *Homo non est factus*, &c. &
repone, *Caute lege*. — Quæst. 23. col. 67. li-
tera D. dele margin. *Sarraceni moriem præsi-
ciunt*, &c. — Quæst. 60. col. 97. lit. B. dele
margin. *Salvum esse quasi per ignem*, &c. &
repone, *Aliena*, & præposita interpretati-
o. — Quæst. 61. eadem col. lit. E. dele marg.
Peccatum expellit, &c. — Quæst. 74. col.
111. lit. A. ubi in textu legitur, *Non ergo de
presidibus Ecclesiæ*, adscribere in margin. *Cau-
te lege*. — Quæst. 77. col. 116. litera E. dele
marg. *Quadragesima completur*, &c. & aliam
margin. *Sabbato*, & die *Dominico*, &c. &
aliam, *Sabbatũ*, & *Dominica*, &c. & è fron-
te textus, repone, *Caute lege*. — Eadem q.
col. 118. lit. B. & D. dele etiam marg. *Sab-
batum*, & dies *Dominicus*, &c. & *Sabbato
uno*, &c. — Quæst. 87. col. 130. lit. E. dele
marg. *Hodie futurum*, &c. & repone, *Caute
lege*. — & ibid. col. 131. lit. A. dele. *Latro in-
gressus est*, &c. — Quæst. 93. col. 141. (ubi
corrupti sunt numeri) lit. B. dele marg. *Tri-
nitatis sola*, &c. & *sola Trinitas*, &c. & *Angeli
non sunt*, &c. & repone, *Caute lege*. — Eadem
q. 93. col. 142. (ubi per errorem est 140.)
del. marg. *Improbi viri oratio*, &c. & repone
Caute

Cautè lege. — Col. 143. (quæ per errorem est 141.) litera E. dele margin. *Sacrificium expers materiæ, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Col. 144. (quæ per errorem est 142.) litera A. dele margin. *Mentem immundam, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Colum. 145. litera C. dele margin. *Rebè facta monachorum, &c.* — Col. 147. litera E. in margin. dele, *Peccata sepeliuntur, &c.* — Col. 153. lit. A. dele marg. *Trinitas sola, &c.* — Eodem loco paulò inferius dele marg. *Virtutes sunt ex aquo, &c.* & substitue, *Cautè lege.*

In S. ANASTASIO SYNAITA, in Append.

Col. 165. in titulo ibi, S. P. N. & Martyr, dele, & Martyris. — Lib. 1. colum. 18. litera E. dele margin. *Angeli sunt conditi, &c.* — Col. 184. litera C. è regione illorum verborum, *Vt intelligas supernum mundum, appone, Cautè lege.* — Col. 189. lit. A. dele margin. *Cur Deus prius terram, &c.* — Eadem col. litera B. dele margin. *Homines è terra geniti, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Eadem colum. litera D. dele margin. *De duabus Christi generationibus, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Colum. 190. B. dele margin. *Incarnationis mysterium primi, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Eodem loco paulò inferius dele marg. *Angeli non videbant, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Lib. 3. colum. 198. litera E. dele margin. *Sistetur litera, &c.* — Lib. 4. col. 216. litera A. dele margin. *Naturarum unio in Christo Angelis incognita, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Eadem colum. lit. D. dele margin. *Angeli sole reuerente, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Lib. 6. colum. 237. litera A. dele margin. *Angeli fuerunt mente, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Lib. 7. colum. 260. litera D. dele margin. *Cur hominem potius, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Colum. 266. litera D. dele margin. *Litera historia, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Colum. 268. litera A. dele margin. *Arbores & plantæ paradisi, &c.* & repone, *Hæc & sequentia eiusdem argumenti, Cautè lege.* — Eadem col. litera D. dele margin. *Quartio die facta, &c.* & inferius litera E. dele margin. *Si Paradisi ligna, &c.* — Lib. 9. colum. 292. litera C. dele margin. *Ligna quibus, &c.* — Colum. 298. litera A. dele margin. *Mulier non exist, &c.* — Lib. 11. colum. 322. litera E. ubi legitur in margin. *sola mulier est in culpa, &c.* dele vocem, *sola, & substitue, Prior,* — Col. 323. litera B. dele margin. *Adamus cum non peccasset, &c.* — Colum. 326. litera B. dele margin. *Ser-*

pens decepit Ecclesiam, &c. — Colum. 328. lit. B. dele margin. *Si serpens intelligatur, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Col. 331. lit. A. dele marg. *Hæreses orta ex eo, &c.* — Col. 332. lit. B. post marg. quæ incipit, *Pænæ, quæ à Deo, &c.* & finitur, *corporaliter, adde, Dumtaxat, sed etiam spiritualiter.*

In MOSE BAR-CEPHA SYRO, & 6. Tom.

Parte 1. cap. 1. colum. 407. litera C. è fronte illorum verborum, *Hodie mecumeris, scribe, Cautè lege.* — Cap. 6. colum. 412. liter. B. è fronte illorum verborum, *Hodie mecū eris, appone, Cautè lege.* — Cap. 14. col. 417. litera B. è fronte verborum illorum, *Nam latronis animam eò subvexit, scribe, Cautè lege.* — Cap. 18. colum. 419. litera A. dele margin. *Cui vel nunc, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Cap. 20. colum. 426. litera C. dele margin. *Adam non est creatus capax, &c.* & repone, *Cautè lege.* — Cap. 22. colum. 429. litera C. ubi in textu legitur: *Nam & Angeli iussa, &c.* adscribe ad margin. *Cautè lege.* — Ibidem litera E. dele margin. *Angelorum premium post, &c.* — Cap. 25. colum. 431. litera C. initio cap. ad margin. scribe, *Cautè lege hoc caput.* — Cap. 27. colum. 435. (ubi per errorem est 439.) litera C. è regione illorum verborum, *Denique ita natura comparatum, scribe, Cautè lege.* — Colum. 436. (quæ per errorem est 440.) lit. E. è fronte illorum verborum, *Neque enim adhuc sciebant, scribe, Cautè lege.* — Cap. 28. col. 459. liter. D. ubi ait text. *quali erat indutus Adamus, scribe in margin. Cautè lege.* — Colum. 479. litera C. ubi in textu legitur, *Animadvertendum hic est, &c.* è regione scribe in margin. *Cavendus error.* — Colum. 483. litera B. dele margin. in *Hebræo est Cherubim, &c.* — Colum. 484. litera B. è regione illorum verborum, *qui Genij celestes, scribe, Cautè lege.* — Colum. 485. litera A. ad verba illa textus, *immissa est in Paradisum, appone è regione, Cautè lege.* — Parte 2. cap. 7. colum. 490. lit. C. ubi habetur in marg. *Negant Syri Angelos ante mundum fuisse conditos, adde, Et verior sententia.*

In SALONIO VIENNENSI, & 6. Tom.

Col. 535. & 536. dele titulum, *Divi*, appositum, *Salonio*, in duplici inscriptione operis, & deinceps in titulis paginarum, usque ad col. 567. — Col. 564. lit. D. è regione verborum illorum, *Quia decem sunt ordines, scribe, Cautè lege.*

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

In OLYMPIODORO, & Tom. 6.

Col. 571. dele titulum, *Divi*, appositum, *Olympiodoro*, in titulis paginarum, usque ad col. 631. — Cap. 3. col. 586. litera E. ubi in textu habetur, *Iustos vero in supplicijs*, corrige errorem typographi, & lege, *injustos*. — Cap. 9. col. 617. litera A. ubi habetur in margin. *Mystica corporis Christi participatio*, adde, *Simulque vera, & realis*.

In PHILONE CARPATHIO, & in Appendice.

Colum. 720 litera E. ubi habetur in margin. *Mystum cibum corporis Christi postdet Ecclesia*, adde, *Simulque verum & reale*.

In APONIO.

Col. 763. in duplici titulo Operis, dele titulum, *Divi*, appositum, *Aponio*: ac deinceps in titulis paginarum, usque ad colum. 830. & ibidem in censura Vdalrici Regij, & in titulo summariorum Lucae Abbat, usque ad col. 866.

In LUCA ABBATE.

Col. 839. dele titulum, *Divi*, prepositum *Luca Abbati*, in inscriptione operis, & in titulis paginarum, usque ad col. 866. & in inscriptione Scholiorum Vdalrici Regij, dicta col. 866.

In S. THEOPHILO ANTIOCHENO.

Lib. 2. Allegoriarum in Marcum, colum. 881. litera B. in margin. *Sic Clemens Apostolus*, dele vocem, *Apostolus*. — Lib. 2. ad Autolicum, col. 909. litera B. dele margin. *Ferarum restituetur*, &c.

In ARNOLDO ABBATE.

Col. 943. dele titulum *Sancti*, aut, *Divi*, prefixum *Arnoldo*, in operis inscriptione, & in prefatione, & deinceps in titulis tractatum, & titulis paginarum, usque ad colum. 975.

In VICTORE ANTIOCHENO.

Col. 977. in epist. dedicat. ad fin. ubi mentione fit Eusebij Emisleni, & Basil. Ancyrani, scribe in margin. *Eusebius Emislenus, & Basilus Ancyranus, heretici fuerunt*. — Cap. 4. col. 999. litera D. in marginali, quæ incipit, *Videndi facultas*, &c. dele in fine illa verba, *Sed non tota*. — Cap. 5. col. 1004. litera D. dele margin. *Dæmones torquentur igni*, &c. & repone, *Caute lege*. — Colum.

1007. litera E. dele margin. *Non vestimentorum contactus*, &c. & repone, *Caute lege*.

In TITO BOSTRORVM EPISCOPO.

Col. 1089. in tit. operis, & deinceps in titulis paginarum, usque ad col. 1115. dele titulum *Sancti*, prefixum *Tito*. — Cap. 7. col. 1113. lit. D. dele margin. *Tametsi multi Latinorum*, &c. & scribe, *Caute lege*.

In THEODVLO COELESYRIÆ, & Tom. 6.

Cap. 5. col. 1183. lit. C. è regione verborum, *Verum omnia omnium aliorum*, &c. scribe in margin. *Caute lege*. — Cap. 8. colum. 1198. lit. D. ubi in textu legitur, *Nominatenus*, &c. scribe ad margin. *Caute lege*. — cap. 11. col. 1215. lit. E. dele margin. *Fati neceffitas*.

In CLEMENTE ALEXANDRINO.

Col. 235. in duplici titulo operis, dele titulum, *Divi*, appositum *Clementi*. — Colum. 1236. lit. E. dele margin. *Anima immortalis*, &c. & scribe, *Caute lege*.

In S. VICTORINO PICTAVIENSI, qui ibi nominatur, Victorinus Pirabionensis, & Tom. 6.

Col. 1253. lit. B. ubi textus habet, *Sed quia in novissimo tempore*, &c. scribe in margin. *Caute lege*. — Col. 1254. lit. A. ubi legitur in textu, *Ieremiæ autem mors*, &c. scribe in margin. *Caute lege*. — Eadem colliter. C. è regione illorum verborum, *Fuisse autem eum iam*, &c. scribe in margin. *Caute lege*. — Col. 1259. lit. A. ubi legitur in textu, *Neronem dicit*, &c. scribe in marg. *Caute lege*.

In ANDREA CAESAREÆ Capodociæ Episcopo.

Cap. 7. col. 1276. lit. B. dele margin. *Bonnis operibus destitutos*, &c. — cap. 29. col. 1308. lit. A. dele margin. *Ioannes Evangelista*, &c. & scribe, *Caute lege*.

EX TOMO SECUNDO.

In prima libri inscriptione, *Sacra Bibliotheca Sanctorum*, &c. lege *Biblioth. Veterum*, &c. & eodem modo corrige fol. r. in Indicis Auctorum titulo, qui incipit, *Homiliæ de Sanctis*, &c. — In ipso Auctorum Indice, dele appellationem, *Divi*, aut *Sancti*, preposita his nominibus, *Drogonis*, *Fausih Venantij*, *Berengosij*. — Col. 5. in titulo, dele, *Sanctorum*, & repone, *Veterum*, &c.

